



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

36 Dispensare non potest Episcopus cum bigano, ut minores ordines  
suscipere possit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- 27 Nono † solus Papa dispensat ab irregulatate ex homicidio etiam casuali , & occulto proveniente , ut quis ad sacros ordines promoveri , & ecclesiastica beneficia obtinere possit , concil. Trident. c.7. de re-34  
form. sess. 14.
- 28 Duodecimò † ab irregularitatibus ex delicto ad forum contentiosum deductis , provenientibus , solus Papa potest dispen-35  
sare. concil. Trident. in cap. 6. de reform.  
sess. 24.
- 29 Undecimò † irregularis propter mem-36  
bralicujus mutilationem dispensari non  
potest , nisi à Papa , quia quo ad irre-  
gularitatem mutilatio homicidio com-  
paratur , glos. in clem. in ver. mutilat. de ho-  
miciò.
- 30 Duodecimò † qui caret oculo est ir-36  
regularis , ita quòd ad Sacerdotium pro-  
moveri non potest sine Sedis Aposto-  
licæ dispensatione , cap. si evangelica , ss.  
dist.
- 31 Decimotertio † Papa solus dispensat  
ab irregularitate , quæ contrahitur ex defe-  
ctu perfectæ lenitatis , dictando sententiam  
continentem peñam sanguinis , qua sequi-  
tur morts , vel mutilatio , aut illius executio-  
ni auctoritative interestendo , c. sententiam  
sanguinis , ubi Abb. numer. 1. & 11. & ibi In-  
noc. ne cleric. vel mon. & Navar. in cap. 27.  
de quart. spe. irregul. numer. 209. & 210.  
tom. 3.
- 32 Decimoquartò † leprosi , morbo ca-  
duco laborantes , ac à dæmone obsessi , et-  
iam , & semel amentes , lunatici , imbecilles ,  
deformes , furiosi , & quali etiam infirmitate  
33 corporis † oppressi , quæ notabile scandu-  
lum usui ordinum præbeat , sunt irregula-  
res , & à Papa solo possunt dispensari , cap.  
maritum , 33. dist. cap. percusio , 7. qu. 1. cap.
- derectoribus , &c. ex parte de cler agrot. Na-  
var. in cap. 28. num. 202. & 203. & Graff.  
decis. aur. cap. 23. par. 1. lib. 4. numer. 29.  
& 47.
- 34 Decimoquinto † cum bigamo , qui per  
bigamiam irregularis efficitur , cap. debi-  
tum , & ibi glossa in verbo , sacramentum ,  
de bigam. Iolus Papa dispensat ad bene-  
ficia , & ordines suscipiendos , etiam , † ut  
fratres milites SS. Mauritiij , & Lazari ,  
cum secunda coniuge , vel cum vidua ,  
matrimonium contrahere possint , nam  
cum unica , & virgine tantum sine dispen-  
satione Apostolice matrimonium contra-  
here valent , ut in privilegiis Greg. Pa-  
pa XIII. eidem ordini concessis , in versi  
qui milites .
- Quo † verò ad minores ordines etiam  
Episcopum cum bigamo posse dispensare ,  
tenet Sot. in 4. sentent. dist. 27. quest. 2.  
art. 3. & Graff. decis. aur. dicto cap. 23.  
nu. 38. & alij , quos hic recensere odiosum  
esset , quia contrarium est verius per text. in  
cap. unic. de bigam. in 6. ubi etiam doct. &  
concil. Trident. in cap. 17 in fin. sess. 23. & ita  
super eod. c. sequ. verbis fuit decisum nem-  
pe , an Episcopus sua auctoritate ordinaria  
potuerit cum suo subdito viro bigamo , qui  
alias cum duabus virginibus , & successivis  
temporibus , quæ modò defunctæ sunt ,  
matrimonium legitimum contraxerat , &  
consummaverat dispensare , ut possit pri-  
mam tonsuram , & beneficia simplicia ac-  
cipere , neque eidem conferre , prout con-  
tulit. Et dato , quòd non potuerit , an ali-  
quas , & quas censuras & peñas incurrit ,  
tām Episcopus , quām qui fuit promotus :  
Sanctissimus D.N. Sixtus ex sententia con-  
gregationis respondit , quo ad primum non  
posse , quo ad secundum , significandum

N n Epi-



Episcopo ipsum esse luspensum in collatione ordinum, itemque promotum suspensum esse ab ordinum executione, beneficiumque amississe, & fructus perceptos suos non fecisse.

37 Decimosexto † solus Papa dispensare potest, ut filius immediate in ecclesia paterna succedat, cap. fin. de fil. presbyter. & glossa in dicto cap. s. Evangelica, in fin. 55. dist.

38 Decimoseptimo † solus Papa dispensare potest cum illegitimi, criminosis, & acre alieno gravatis, ut ad religionem admitti possint, à qua sub gravibus pœnis prohibentur per constitutionem Sixti V. quæ incipit, cum de omnibus, de anno. 1587. sexiò k. et Decembri etiam, in ult. lib. Bul. ejusdem Sixti, & de qua per Graff. eod. cap. 7. n. 65. quæ tamen postea modificata fuit per Gregorium XIV. per constitutionem in-40 cipientem: circumspecta Romani, de anno 1591. idibus Martij editam.

39 Decimo octavo † in gradibus consanguinitatis, & affinitatis, quæ extenduntur usque ad quartum gradum de jure canonico computari. solus Papa dispensare potest, non autem Episcopi, nec legati de latere in dictis gradibus possunt dispensare, cap. non debet, de consanguinitate, & affinit. Covar. de spons. 2. par. 1. cap. 6. §. 9. in fin. & conc. Trident. cap. 5. de refor. matr. 41 sess. 24.

Prohibitio enim copulæ conjugalis quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum non excedit, ut dicto cap. non debet, unde puto errare eos, qui suis constitutio-nibus, decretis, aut alijs modis prohibent, ne in quarto, & quinto gradu sine Ordina-tij licentia, aut declaratione matrimonia, quæ libera esse debent, contrahantur, quo-

niam hujusmodi impedimenta sunt con-tra expressum casum legis eod. cap. non debet, & cap. cum locum de spons. nec sub prætextu scandalii vitandi, quia matrimonia in quibus nullum penitus est im-pedimentum consanguinitatis, aut affini-tatis, ad evitandum scandalum, possunt impediiri, cum propter scandalum quan-doque aliquid omittatur, quod de jure esset faciendum, ut cap. 1. 91. dist. & in his terminis procedit glossa, quam sequitur Abb. in cap. super eod in verbo consuetudo, de cognat. spir. non autem, quod quintus gra-dus scandalum generet, & ad evitandum scandalum omni alio impedimento ces-sante debent Episcopi, ne matrimonia contrahantur, prohibere, ut post alios per ipsum citatos Felyn. in cap. nihil num. 1. de praescript.

Decimonono † in impedimento publi-cæ honestatis, quod primum gradum non excedit, & oritur ex sponsalibus validis contractis cum sponso prædefuncto, fratre illius, qui cum sponso, vel sponsa quondam fratris, vel sororis, vult matrimonium con-trahere, cap. ad audientiam, cap. sponsam, de sponsat. concil. Trident. cap. 3 de refor. matr. sess. 24. & Pius V. in declaracione super eod. c. 3. in Bull. cap. 62. solus Papa di-spensare potest.

Vigesimo † solus Papa in impedimen-to, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, de quo, cap. quadam, cum sequ. 32. quas. 7. & tot. tit. de eod. qui cogn. consang. uxor. su. dispensare potest, & haec affinitas in primò, & secun-do tantum gradu contrahitur, quibus ma-trrimonium contrahendum impedit, & contraictum dirimit, in ulterioribus vero gradibus matrimonium postea contra-  
sum